



## **Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum**

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingae, 1677**

Titulus. XXI. De Sortilegiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

aurum, vel argentum ab Alchimis factum veram speciem non habeat auri, & argenti, est fraudulenta, & injusta venditio: præsertim cum sint aliqua utilitates auri, & argenti veri, secundum naturalem operationem ipsorum, quæ non conveniunt auro per Alchimiam sophisticato, sicut quod habet proprietatem laticificandi, & contra quasdam infirmitates medicinaliter juvat.

Potro five per artem alchimicam verè possint  
viliora metalla transmutari in aurum, & argentum,  
sive non, rectè tamen illa prohibita fuit in *cit. Extravag. unic.* & quidem sub gravibus penis, quia  
huiusmodi transmutatio adeo difficilis est, ut mo-  
raliter impossibilis censeri debeat, & insuper perni-  
ciosa Reipubl. cùm civium facultates exhauriat,  
ut sapius docuit experientia, *Sanch. l. 2. Moral. c.*  
*40. num. § I.*

XLIV. Denique præter prædictas penas, is, qui falsam monetam cudit, etiam iusti ponderis ac materie, non tantum graviter peccat, quia in re gravi juri Principis præjudicat; sed etiam restituere tenetur emolumentum, quo illum injustè privavit; quin & illis, quibus damnum inde provenit, ut quia pecunia illa interdicta fuit &c., rescarcire illud tenetur in foro conscientie, & externo. Similiter falsam monetam cudens, detrahendo de justo pondere, vel puritate metalli, vel illam tondens, radens aut tingens, compensare debet omne damnum, quod finguli passi sunt, si constare possit de illis in particulari, alioquin pauperibus id totum restituendum erit. *Molin. cit. dis. 702. num. 10. & 11. Silvest. V. Falsarius, q. 6. num. 7. Qui* verò falsam monetam, scienter & malà fide, expendit, tenetur ad restitutionem ei, qui ultimus damnum sensit, nec excusatur, quòd illam ab alio accepit, quia error ipsius non debet alteri nocere. Si verò ignoranter aut bonà fide expendit, non tenetur restituere, saltem durante ignorantia, postea verò damnificatio satisfacere tenetur. *Navarr. in man. c. 17. n. 167. Molin. c. l. n. 12. apud quos plura de his legi possunt.*

XL V. Quæritur tertio, quibus modis com-

mittitur crimen falsi in aliis rebus? *Idem* est  
tur præterea crimen falsi inprimis ad in-  
dendo aut emendo, vel permutando, &  
ribus aut mensuris scienter utuntur, &  
gationem restituendi, mulctantur poena  
damni, quod ita dederint, & insuper  
Insulam aliquam, l. pen. ff. *Ad leg. Corn. de  
nomam*. 6. *S. fin. ff. de extrard. criminis*, 1. 1.  
701. n. 10. Jure verò Canonico, qui  
dulenter iustas mensuras, & pondera, &  
est poenitentia XXX. dierum in pace, &  
de empt. Secundo falsi crimen committunt  
cibus adulterina aut minus utilem man-  
miscent, *Mol. cit. dif. 701. n. 6. & 7. segg.*  
duobus rem eandem in solidum vendit, per  
coërcetur, l. *Qui duobus*. 21. ff. *Ad leg. Corn.*  
Quarto qui patrum alienum alicui suppo-  
do aliquem esse filium alicujus, cum non  
men, & poenam ordinariam falsi incidit, l. 1.  
§. de partu. ff. eod. *Molin. cit. dif. 701. nom.*  
nat. in praxi crim. p. 6. q. 150. num. 239.  
tellesture omnia damna inde secuta legiti-  
quin hæredibus, vel quibuscunque alii, &  
ro conscientia, ante omnem judicium  
*Molin. c. l. n. §. Quinto* qui mutat sibi nomi-  
nomem, poenā falsi coërcetur, l. *Falsi*. 19. n.  
ff. eod. quod procedit, si mutatio nominis  
fraude, & in præjudicium alterius, aliis  
*C. De mutat. nom. Farin. cit. q. 150.*  
*¶ 144.* Sexto qui illicitis, id est, alienis  
usus est, quæ ad ipsum non pertinent, vel  
liam alterius, l. *Eos*. 27. §. ult. ff. *Ad leg. Corn.*  
*Farin. cit. q. n. 80.* Septimo qui se fingit Sa-  
vel Diaconum, cum non sit, vel Nobilium,  
torem, cum non sit, modò etiam aliqui  
Doctorem spectantes exercent, puniuntur  
*Farin. c. l. n. §. 85. & 87.* vel qui pro mo-  
rit, cit. l. *Eos*. §. fin. Octavo qui falsis legiti-  
Constitutionibus utitur, quæ nullum legiti-  
torem habent, ut falsarius sequitur, l. 1. ff.  
*Farin. cit. q. 150. n. 79. & segg.* apud quos  
crimine falsi legi possunt.

TITVLVS XXI  
DE SORTILEGIIS.

Quia sortilegia continent in se falsitatem, & affinitatem aliquam habent cum crimine falsi, ideo hic Titulus priori hoc loco subijcitur.

§. 1.

*An, & quibus casibus sint licita sortilegia, vel illicita?*

I.

**R**emittendum, sortilegia seu sortes  
proprie sunt ac dicuntur, cum aliquid,  
eo fine, fit, ut ejuseventu considerato,  
aliquid fiat, vel occultum innotescat,  
ut docet *S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. in*

justit. c. 43. dub. 9. n. 57. Sanch. libr. 2. Moral. c. 38. n. 56.

II. Queritur nunc primò, an liceat uti sortilegiis, sive fortibus divinatoriis? Resp. illas esse superstitiones, & illicitas, ideòque prohibitas Jure Canonico sub gravibus pœnis in c. Si quis Episcopus. 5. e. Sortes. 7. & tribus seqq. & c. Episcopi. 11. causi. 26. q. 5. Et hinc etiam in c. In tabulis. 1. h. e. dicitur: In tabulis, vel codicibus aut aliis forte furta (alia le-  
tio habet futura, Ioan. Andr. hic V. Furta.) non sunt requirenda: nec quis divinationes aliquas in aliquibus rebus observare præsumat: qui autem contrà fecerit, XL. dies pœniteat.

III. Ubi notandum primò, omnia hic sortilegia divinatoria prohibentur, sive fiant per invocationem demonum, sive fiant in codicibus, id est, libris, sicut faciunt legentes aliquos versus Psalterii, & facientes illud volvi: sive fiant in tabulis, in quibus Nigromantici faciunt aliqua puncta, & ex illis indicant futura aut occulta: omnia ergo ista, & similia hic prohibentur, Abb. hic not. 1. Sed neque furta forte sunt investiganda per divinationes, aliisque artes magicas, ut sumitur ex hoc c. Bajardus in additionib. ad Clarum S. Furtum. n. 14.

Notandum secundò, pœnitentia 40. dierum imposita sortilegis in hoc c. est pœnitentia injungenda per Sacerdotem in foro pœnitentiae, sive conscientiae, nam in foro contentioso per Judicem alia gravior pœna imponenda est, de qua infra, Abbas hic n. 2.

Porro ratio, cur hujusmodi sortes divinatoriae sint prohibita, est, quia cum sint medium improprium, & vanum ad talem finem, & effectum, Deus enim nusquam promittit se sortes temperaturum ad præsignificanda futura, vel occulta aperienda, ideo admixtam habent saltem tacitam demonis invocationem, ut sortes regat, & occultum manifestet, Less. cit. c. 43. num. 61. Sanch. cit. c. 38. num. 88.

IV. Queritur secundò, an licitum sit uti fortibus consultoriis? Resp. hujusmodi sortes, per quas à Deo postulatur consilii alicujus directio, vel occultae veritatis manifestatio, licitae sunt, si vel Dei iussu, & instinctu fiant, ut in electione Saulis & S. Matthiae: vel si nullum humanum consilium suppetat, & negotium grave sit, ob quod necessarium videatur, ut ad Deum consulendum, cum debita reverentia, accedatur, & ab eo occulta sortium directio per specialem providentiam humiliter petatur: alioquin regulariter hae sortes sunt illicitae, & prohibita sub excommunicatione in c. Sortes. 7. causi. 26. q. 5. quia sine necessitate, & prætermisiss ordinariis divinae providentiae mediis, ad specialem, & extraordinariam Dei providentiam recurrere, tamque per sortes consulere, ad tentationem Dei pertinet, ut docet S. Thom. cit. q. 95. art. 8. in corp. Less. c. l. n. 60. Sanch. cit. c. 38. n. 85. & alii communiter.

V. Queritur tertio, an sit licitum uti fortibus divinatoriis? Resp. sortes divinatoriae, in quibus eventus rei subijcitur fortunae, & casui fortuito, non excludendo tamen Divinam providentiam sortes dirigentem, aut permittentem, per se loquendo, & suprà naturam, non sunt illicitae, sed licitae, si ob ne-

cessitatem, vel utilitatem, aut justam causam fiant, c. 1. causi. 26. q. 2. Ubi dicitur, fors non est aliquid mali, scilicet in sui natura non est mala, ut addit Gl. ibid. V. Mali: nisi vel ob circumstantiam accidentariam, & extrinsecam, hujusmodi sortes fiant illicitae, vel jure positivo specialiter, & expresse sint prohibita, de quo infra. S. Thom. cit. q. 95. art. 8. in corp. Less. cit. c. 43. num. 58. Suar. tom. 1. de Relig. libr. 2. de superstit. c. 12. num. 3. & 4. Sanch. cit. c. 38. num. 57. & 64. & alii communiter. Ratio est, quia hae sortes per se neque superstitionem continent, aut divinationem, cum non ordinentur ad aliquid futurum, vel occultum cognoscendum: neque injustitiam, cum fiant ex contractu, seu conventionione voluntaria inter eos, qui ad aliquam rem aequale jus habent, ut sit illius, cui forte obtigerit, ita ut aequalis sit eorum conditio: neque etiam ullà lege Civili, vel Canonica generaliter sunt prohibita hujusmodi sortes, sed potius in Jure Civili in multis casibus approbatae. Veluti primò, si agatur de hereditate, vel aliis bonis aut juribus communibus dividendis. Sic enim in tribus judiciis familiae Hereticundae, Communi dividendo, & finium regundorum, in quibus queritur, quis sit actor, quia par omnium causa videtur, si ambo ad judicium provocent, & non appareat, quis primò provocavit, forte res decerni debet, l. In tribus. 13. & l. seq. & ibi Gl. ff. De Judiciis. Sic etiam si pluribus haeredibus, vel legatariis data sit optio, seu potestas eligendi servum, vel rem aliam, & discordent in eligendo, forte lis est dirimenda, l. Si duobus. 3. in prin. ff. Communia de legat. Item si plures haeredes sint instituti omnes ex iisdem partibus, nec inter eos conveniat, apud quem potius cautiones hereditariae esse debeant, sortiri eos oportet, l. Si quae. 5. ff. fam. heredit.

VI. Secundò locum habent sortes divisoriae in functionibus, ubi de honore, vel periculo agitur. Sic milites inter se forte decidere solent, quæratio, vel legio prior hostem, vel civitatem invadere debeat. Sic tempore pestis forte dirimi potest, quis ex Sacerdotibus, vel Medicis ad curam corporum, vel animarum exponendus sit. Similiter in periculo communis naufragii, si necesse sit ad alleviendam navim aliquos in mare profligare, vel projicere, ne omnes pereant, forte, ex omnium consensu, decidi potest, quinam ejiciendi sint, imò etiam, quibusdam invitis, reliqui navigantes sortiri possunt, & sortis eventum exequi, vel etiam Dux navis eligere potest tale medium, ob commune omnium bonum, Sanch. c. l. n. 62.

Tertio hae sortes habent etiam locum in pœnis, ut cum duo, vel plures sunt rei mortis, si non expediat omnes puniri, forte definiri potest, quinam ex illis occidendi sint, modò aequalis sit sortientium culpa, quia in tali sortitione nemini fit injuria, cum omnes meriti sint mortem, sed potius singulis sit favor, quatenus eis spes offertur evadendi mortem, idque in militia praxi receptum est, Sanch. c. l. n. 60. Denique quotiescunque nulla ratio apparet, cur in aliquo commodo, vel incommodo, alteri alteri præferendus sit, forte res definiri potest, Less. cit. c. 43. n. 58.

Rr 3

VIF. Cæ.

VII. Ceterum etsi per se loquendo, licitum sit uti sortibus divisiis: per accidens tamen, & ob circumstantias extrinsecas adjunctas, aliquando sunt illicitæ. Veluti primò, ex parte intentionis, si quis speret sortem ab astris feliciter eventuram, cum hæc nullum influxum habere possint in sortem, sine expressa, vel tacita dæmonis invocatione: vel si eventus, non à divina providentia, quam sortiens sortem non agnoscit, sed merè à fortuna expectetur: vel si dæmonis auxilium invocetur, vel expectetur ad sortes extrahendas, quamvis hæc malicia propriè non ad divinationem per sortes, sed ad magiam pertineat. Secundò ex parte materiz, si quis sortiatur super re aliena, de qua disponere non potest, propriâ voluntate, est enim injustitia. Item si officia, non secundum personarum aptitudinem, sed sorte dividantur, tunc enim dignis, vel dignioribus fit injuria, de quo postea. Tertiò ex parte modi, ut si quis fraudibus utatur in sortitione, quod est contra justitiam. Quartò si quis utatur Libro Evangeliorum, vel rebus sacris ad sortiendum, præsertim in rebus temporalibus, & profanis, est enim irreverentia contra Religionem, *Suar. cit. c. 12. n. 16. Sanch. cit. c. 38. n. 64. & 2. seqq.*

## §. II.

*An sit licitus usus sortium in electionibus ad Prelaturas, & alia beneficia Ecclesiastica?*

VIII. Respondetur negativè, prout constat ex c. Ecclesia. 3. & ult. h. s. Ubi habetur, quòd vacante Ecclesiâ Lucanâ, Canonici convenientes de futuri Episcopi electione tractaturi, unum elegerunt ex se per sortem, qui vice Capituli eligeret tres electores, per quos, vice omnium, Beneficiis provideretur de Pastore: quibus ab ipso electis, duo ex illis tertium ex se M. Robertum elegerunt in Episcopum, quia sub hac forma eis data fuit potestas, ut vel ex se, vel ex aliis aliquem in Episcopum eligere possent: quam electionem Canonici illi per Procuratores, seu Nuncios suos Honorio III. obtulerunt confirmandam. Papa examinans talem processum, eum multâ reprehensione dignum invenit, & ex eo maximè, quòd fors in tali electione intervenit. Nihilominus tamen electionem factam ipsius Magistri ex gratia admisit, & confirmavit: alioquin verò usum sortis in electionibus perpetuò prohibuit, & damnavit.

IX. Pro explicatione hujus cap. notandum primò, electiones ad officia, & beneficia Ecclesiastica per sortes fieri non debent, cit. c. ult. in fine, ubi generaliter, & indistinctè prohibetur usus sortis in electionibus, adeoque non tantum ad beneficia, sed etiam in electionibus ad officia, & administrationes Ecclesiasticas: quin imò etiam eligere per sortes compromissarios ad faciendam electionem Episcopi, non licet, ut constat ex eodem cap. ubi dicitur, multâ reprehensione dignum fuisse, quòd potestas nominandi, seu eligendi Compromissarios ad eligendum Episcopum, uni per sor-

tem commissa fuerit, *Ator. cit. c. 21. & 22. Suar. cit. diff. 12. num. 5. Sanch. cit. c. 31. & 72.* Ratio est, tum quia aliquoties per ne fors super indignos, vel minus dignos, lîque ad officia, & beneficia Ecclesiastica. Tum quia per electionem sorte factam dammodo Deus tentatur, à quo periturus per miraculum revelet, quis sit eligendus, cit. c. ult. num. 3. Tum quia electio per contra triplicem electionum formam, in c. Quia propter. 42. de elect. lîque electio habet in Compromissariis eligendis, quibus tur per sortes, mediâ censebitur electio, si officium, vel dignitatem facta per sortes, & si ut ille, qui per sortes assumptus est ad Compromissarios eligendos, indignus & inhabilis fuerit, nus, unde fit, ut indignus Episcopus, vel Beneficiatus eligatur, *Suar. cit. c. 12. n. 16. & 72. ubi n. 73.* addit, etiam in tractatibus esse prohibitas sortes, quia prohibitio in generalis.

X. Notandum secundò, etsi duo per sortem suffragiorum ad beneficium aliquod sortem non tamen potest per sortes distingi, & alterutrum electio, quia in cit. c. ult. generalis sine limitatione prohibita est electio per sortes, autem electio verè per sortes fieret, cum sortem suffragiorum partem habeat, quoniam electionem Canonicam requiritur: & communi aliter facta, quàm per eos, qui jus eligunt, vel per Compromissarios, est reprobata Canonico in cit. c. Quia propter. Notandum tali casu uterque illorum, qui pariter sortem, fuit sufficienter idoneus iudicatus, censetur esse iudicium totius Capituli, nisi major pars eligentium in unum consensit, hîc factum non est. lîque in hac electione Compromissarios res determinandas: vel electio est adeundus, quæ electores compellere per concordandum, & certum terminum eis prete ad eligendum, quo elapso, potestis eligendum devolvitur, ut docet Gl. communiter in c. pen. V. Teneantur de Rescript. in 6. *Suar. cit. num. 7. Sanch. cit. c. 38. num. 74.* Quia tamen res à majore parte Capituli sunt electi, seu ad dignitatem, seu beneficium, vel officium Ecclesiasticum, non ut illud obtineant ex vi electionis terminatæ, sed ut illud habere possint, & inter illos mittantur, quia singuli sunt oppositi digni iudicati ad tale beneficium, vel officium, pîculo: non tamen licitè id fieri potest, quia id generaliter prohibitum est in electionibus Ecclesiasticis propriè dictis, à quibus cet ullam excipere sine fundamento juris non potest necesse sit. Quòd si in aliqua Congregatione Communitate Ecclesiastica talis modus eligendi per sortes vigeat, id valeat ex vi specialis Constitutionis à Sede Apostolica approbatæ, vel nonnullis electionibus ad officia, quæ non habent jurisdictionem administrationem Ecclesiasticam, *Suar. cit. c. l. n. 75.*

XI. Notandum tertio, sortes divinitus sunt illicitæ nec prohibita Jure naturali, & positivo, in electionibus ad dignitates, &

civilia, seu secularia, & temporalia, sive electi Laici sint, sive Clerici, quia nullo Jure reperitur id prohibitum; quamvis enim textus in *cir. c. ult. h. t.* absolute, & indistincte id prohibeat in electionibus: debet tamen restringi, & intelligi, juxta subjectam materiam, nempe de electionibus Ecclesiasticis, de quibus ibi agitur, & Jus Canonicum non disponit, nisi in propria materia, *Abb. in cir. c. ult. n. 3. h. t.* ubi tamen addit, melius esse abstinere, *Suar. c. l. n. 15. Sanch. c. l. n. 58.* Potest tamen etiam in electionibus ad dignitates, & officia secularia interdum graviter peccari contra justitiam distributivam, si sortes mittantur temere, & promiscue inter promovendos, si ve digni sint, sive indigni: id enim repugnat recte administrationi Reipubl. ejusque communi bono. Itaque ut hujusmodi electiones per sortes licite fiant, caveri debet, ut non mittantur, nisi inter illos, qui digni sunt, & idonei ad officium, ad quod eligantur per sortes, ita ut saltem non manifestus, & notabilis excessus inter illos appareat: tunc enim vitabitur periculum, ne fors cadat super indignum, vel notabiliter, & aperte minus dignum, & idoneum, *Suar. cir. c. 12. n. 15. Sanch. cir. c. 38. n. 67.*

XII. Notandum quarto, sed neque in electionibus Ecclesiasticis prohibitum est uti sortibus divisijs, spectato Jure naturæ, sed solum Jure Canonico, seu Ecclesiastico. Nec obstat, quod in *cir. c. ult. h. t.* dicatur, id esse multa reprehensione dignum: quia id ideo dicitur, quod sit contra antiquiorem Constitutionem Canonice Concilij Lateranensis in *c. Quia propter 42. de Elect.* in qua præscripta fuit triplex forma eligendi ad dignitates, & beneficia Ecclesiastica, & nulla erat per sortes. Nec etiam refert, quod S. Thom. dicit *cir. art. 8. in corp.* quod electiones Ecclesiasticæ potius Spiritus S. inspiratione fieri debent, quam per sortes, quæ videtur esse ratio naturalis, ac proinde electiones per sortes esse jure naturali prohibitas: nam ea solum est ratio quædam congruentiæ, per quam probatur conveniens esse sortes in Electionibus Ecclesiasticis per Legem Canonicam prohiberi, *Sanch. c. l. n. 81. & 82.* Non obstat, quod S. Matthias *Act. 1.* datis sortibus, electus sit in Apostolum, ergo electio per sortes est licita. Nam responderetur, ita electum fuisse inspiratione Divinâ, ut colligitur tum ex prævia exhortatione S. Petri, quæ tota erat à Spiritu S. tum ex communi oratione fidelium, quâ petebant, ut DEUS ostenderet, quem elegeret. Deinde cum alij Apostoli immediate fuerint electi à Christo, non per suffragium humanum, decuit, ut etiam is, qui in locum Judæ succederet, non humano, sed divino judicio eligeretur, *Less. cir. c. 43. n. 59.*

XIII. Notandum quintò, Electio ad Ecclesiastica officia, aut beneficia per sortes divisijs facta, est videatur ipso jure irrita esse, tum quia est contra prohibitionem, *cir. c. ult. h. t.* tum quia videtur etiam esse contra formam eligendi præscriptam in *c. Quia propter 42. de Elect.* ut docet *Abb. in cir. c. ult. n. 5. h. t.* probabilis tamen est talem electionem non esse ipso jure irritam, vi textus in *cir. c. Ecclesia 3. h. t.* est irritari possit, juxta *Gl. ibid. V. Ad gratiam*, ubi ait, quod de jure debuit cassari, non ergo fuit ipso jure irrita; nam quamvis ibi prohibeatur hujusmodi electio per sortes, & dicatur esse reprehensibi-

lis: non tamen dicitur esse irrita, aut invalida, quia nullum verbum irritans ibi habetur, sed tantum prohibens usum sortium in electionibus, imò potius ibi supponitur illa electio fuisse valida, cum Papa illam confirmavit: confirmatio autem supponit valorem actus. Nec obstat textus in *cir. c. Quia propter*, etiam si enim ibi dicatur, non valere electionem factam, non observatâ formâ ibi præscriptâ: attamen in *casu cir. c. ult. h. t.* electio Episcopi facta est, secundum formam ejusdem cap. Nam electio facta est per Commissarios, seu Compromissarios, sive per suffragia, & electionem eorum, qui est unus ex tribus modis eligendi in Concilio Lateranensi præscriptis in *cir. c. Quia propter*: quamvis in eo erratum fuerit, quod in eligendis Compromissariis fors interveniret, qui modus, cum in *cir. c. Quia propter*, non reprobetur, non continet vitium in forma ibi præscripta. Potuit ergo commissio esse valida, licet per sortes fuerit facta, & consequenter etiam electio à Commissariis, seu Compromissariis facta potuit esse valida, quia in ea servari potuit forma eligendi in *c. Quia propter*, præscripta: nam ibi solum præscribitur forma eligendi Episcopos, & alios Prælatos Ecclesiasticos, qui quasi Episcopalem jurisdictionem obtinent, & per quorum mortem dicitur Ecclesia viduata Sponsulo suo, & Pastore; non autem agitur de electione aliorum Prælatorum, vel Clericorum inferiorum, in quibus non necessarium est servanda forma in *cir. c. Quia propter*, præscripta, juxta *Gl. ibid. V. Ecclesis viduatis*, *Suar. cir. c. 12. n. 9. & 10. Sanch. cir. c. 38. n. 83. & 84.* & dictum supra *libr. 1. Tit. 6. n. 203.*

XIV. Ex dictis deduci potest, quid sit dicendum in illa quæstione, an liceat uti sortibus divisijs ad decidendas lites, non solum inter Laicos, sed etiam inter Clericos? In qua re certum est, licitum esse uti sortibus circa res civiles, seu temporales, & profanas, cum nullo Jure reperiantur esse prohibitas, *Abb. in cir. c. ult. n. 3. h. t.* At verò in electionibus ad officia, & beneficia Ecclesiastica, aliqui simpliciter negant esse licitum, lites sortibus dirimere, quia verè electio alterius per sortes completur, & datur vitiosus ingressus in beneficium: alij verò absolute affirmant, id esse licitum, quia textus in *cir. c. ult.* loquitur de solis electionibus, ergo cum sit lex odiosa, restringenda est ad proprietatem verborum, nec debet extendi ad alias conventiones, quæ non sunt electiones: illi autem, qui componunt per sortes litem, non eligunt, cum is, super quem fors cadit, beneficium non accipiat ex vi sortis, sed ex vi juris, quod prætendebat, & per illas sortes solum tollitur impedimentum, pro qua sententia citatur *Gl. in c. Licet 9. V. Ut possideris de probation. & Abb. ibid. n. 37.* Verum in hac re rectius dicitur, non esse prohibitum, vi dicti cap. *fin. h. t.* per sortes lites Ecclesiasticas dirimere, & componere, etiam in causis beneficiabilibus, ut bene probat ratio jam allata: non tamen id licitum esse, si propriâ, ac privâ auctoritate partium, lites beneficiales per sortes componantur, quia fieri posset, ut per talem sortem beneficium obtineret, qui nullum Canonicum, & legitimum titulum habet, contra *c. 1. de Reg. Jur. in 6.* beneficium Ecclesiasticum non potest licite, sine institutione Canonica, obtineri, & contra *c. un. de eo, qui mittit. in possession. & c. in 6.* ubi prohibetur, ne in litibus beneficia-

libus aliquid fiat, per quod ad beneficia ingressus vitiosus patere possit. Nam cum neuter litigans possit, privata sua auctoritate, aut pacto alteri dare legitimum titulum beneficii, nec constet, uter litigantium habeat justum titulum, ideo periculum est, ne is, super quem fors cadit, obtineat, & possideat beneficium, sine justo titulo. Aliud est in causis temporalibus, & profanis, in quibus res, de qua litigatur, potest per privatum pactum litigantium alteri adjudicari, adeoque in illis etiam per sortem potest lis dirimi. Præterea omne pactum, proprium, & privatam auctoritate, initum circa beneficium litigiosum, Simoniacum censetur, c. fin. de pact. c. Quam pio 2. caus. 1. q. 2. sed hæc sortes non sunt sine pacto, ut supra dictum. At verò interveniente Judicis auctoritate, possunt lites dirimi sorte, etiam in causis beneficialibus, quia si utraque pars litigans super beneficio, pactum ineat coram Judice, & ipse illud admittat, & juxta pactum, sententiam proferat, ea tenet: per quam sententiam is, cui à Judice beneficium litigiosum adjudicatum est, illud verè consequitur ex titulo sufficiente, nempe titulo, & auctoritate sententiæ judicialis: ac proinde cessat Simonia, & periculum vitiosi ingressus, quia auctoritate Judicis purgatur utrumque vitium, ergo eadem ratione, cessabit illud periculum vitiosi ingressus, si pactum de lite beneficiali per sortes componenda, auctoritate, & approbatione Judicis sit initum, Suar. cit. c. 12. n. 13. & 14. Sanch. cit. c. 38. n. 79.

## §. III.

## De pœnis sortilegorum, &amp; de Judice competente criminis sortilegii.

XV. Quæritur primò, quæ pœnæ Jure Canonico, & Civili sint statutæ in exercentes sortilegia, & divinationes? Resp. In primis si quis Sacerdos, vel alius Clericus sortilegio usus fuit, et si bono zelo, & ex simplicitate, suspendi debet ad tempus à divinis, & ab Altaris ministerio, prout habetur in c. Ex tuarum 2. h. t. Nam quidam Presbyter, Vitus nomine, accessit, cum quodam infami (id est, divinatore, & sortilego, Hostiens. hic V. Infami.) ad locum privatum, non illà intentione, ut demonium invocaret, sed ut posset invenire, & recuperare furtum cujusdam Ecclesiæ per inspectionem astrolabij. Id quod significatum fuit Papæ Alexandro III. qui rescripsit, licet Presbyter ille, ex bono zelo, & simplicitate, se hoc fecisse dicat: tamen non modicum, sed valde grave peccatum in eo commisit: ideoque mandavit dictus Papa Patriarchæ Gradeni, ut per annum, & amplius, si ipsi visum fuerit, ab Altaris Ministerio eum præcipiat abstinere, & ex tunc liberè poterit exercere officium Sacerdotis.

XVI. Hinc colligitur primò, quoddam ob furtum Ecclesiæ factum non liceat consulere divinatores, vel exercere sortilegia, quamvis id fiat, sine invocatione demonum, quia occulta novit solus DEUS, c. Erubescant 11. dist. 32. Abb. hic. n. 2. Colligitur secundò, pœna contenta in hoc c. non est ordinaria sortilegij, sed minor pœna fuit huic Sacerdoti imposita, quia non ex proposito, sed ex bono zelo,

& simplicitate deliquit, aliàs gravior pœna esset, ac debuisset imponi, de qua infra. Sortilegis, ac alijs similibus delinquentibus potest gravior, vel levior, secundum quantitatem delicti, & spectato animo delicti, vel ignorantia deliquiverit? Abb. hic. n. 4. ligitur tertio, suspensus ad certum tempus potest, sine alia absolutione, exercere officium, est suspensus: secus est, de excommunicatione, semper requiritur absolutio, Abb. hic. n. 4. gigitur quarto, Episcopus potest cum sortilego sære, ut non imponatur ei pœna ordinariæ, sed alia minor, quia hoc ei in illo casu prohibuit, cum dispenseret etiam in majori casu, hic & Abb. n. 5.

XVII. Secundò pœna ordinaria secundum Canones, in foro contentiosorum, non est, ut si Clerici sint, ab officio, & benedictione, & in Monasterium ad agendum poenitentiam detrudantur, c. Non oportet 4. q. 2. Gl. fin. in c. 1. h. t. & ibi dicitur, hinc cum in can. Admonent 15. caus. 2. q. 1. tur, quod sortilegus, vel magicas artes exercens Clericus sit, debeat degradari, id intelligitur degradatione verbali, hoc est, deponi à beneficio, non de reali, cum sit materia poenalis, adeoque non est tradendus Curatui, Diar. in pract. crim. can. V. Sortilegi. c. 11. n. 1. rò Laici, qui crimen sortilegij committunt, degradantur, in foro Canonico, sive Ecclesiastico, si vel servi, verberibus, & cruciatibus castigantur, si verò liberi, perpetuo carceri mancipantur, tra idolorum 10. caus. 26. q. 1. Lopez in addit. cit. c. 11. §. ult. imò etiam excommunicantur, si contumaces fuerint, & communione Ecclesiæ vari, cit. c. Admonent in fine. Gl. fin. in c. Hostiens. in Summa h. t. n. 5. Potest etiam sortilegos turpiter dehonestatos, ex Dictione, c. Episcopi 12. in princ. caus. 26. q. 1. de re eos, id est, capillos eorum, ante, & retro c. de benedictio 5. caus. 32. q. 1. Hostiens. c. 1. h. t. iam divinatores, & sortilegi infames, de quo poenitio, & accusatione repelluntur, c. Confessio caus. 3. q. 5. c. Quisquis 3. caus. 2. q. 8. Abb. in fine h. t. Hostiens. in Summa eod. n. ult.

XVIII. Tertio, qui divinationes, & sortilegia exercent, quæ hæresim sapiunt, ut si demonum tur per preces, & hostias, tunc enim idololatriæ mittitur: vel si ab eo aliqua petuntur, quæ petere, vel scire non potest, ut secreta cordis, vel quæ pendent à libero arbitrio hominis, DEI potestati reservata sunt, ipsæ poenæ hæretici, sunt puniendi, Abb. in c. 1. m. 4. h. t. nac. tr. de hæresi, q. 181. n. 67. & seqq.

Denique secundum Leges Civiles, sortilegorum pœna est bonorum poenæ, & supplicium capitis, nempe ut gladio feriantur, Nemo 5. C. de malefic. Hostiens. in Summa h. t. n. 5. quin & interdum supplicium ignis infligitur, ibi 3. & ibi Gothofr. lit. I. C. eodem.

XIX. Quæritur secundò, quis sit Judex petens criminis sortilegij? Resp. De hoc cognoscere, illudque coercere potest Judex

sticus, videlicet Episcopus, non tantum quoad personas Ecclesiasticas, sed etiam quoad Laicos, ut constat ex c. Contra idolorum 10. caus. 26. q. 5. c. 1. h. t. quia redundat in injuriam divinæ Majestatis, dum attribuitur creaturæ, quod est solius Creatoris, ut scire omnino occulta, & prædicere futura, Abb. in cit. c. 1. n. 2. h. t. non tamen est crimen merè Ecclesia-

sticum, sed mixti fori, adeoque de eo etiam cognoscere potest Judex secularis inter Laicos, ita ut sit locus præventioni inter utrumque Judicem, nam & Canonico, & Civili Jure hoc crimen est damnatum, & acerrimè etiam per Jus Civile punitur, ut supra est dictum, Abb.

c. l. n. 3.

## T I T V L V S XXII.

## DE COLLUSIONE DETEGENDA.

Crimini falsi affine quoque est crimen collusionis, quod etiam falsitatem aliquam in se continet, & falsi speciem habet, nam in Jure colludere dicitur, qui aliud agit, & aliud simulat, ideo hic Titulus præcedentibus subjicitur, Gl. hic in Rubrica, & Abbas.



**Q**Uæritur primò, quid sit collusio, & in quibus causis committatur? Resp. Collusio est inter actorem, & reum latens, & fraudulenta conventio, quâ interveniente, aliquando delicta manent impunita, vel etiam committuntur, Gl. in c. Audivimus 3. V. Collusione, h. t. Hostiens. in Summa ibid. n. 1. Unde actor, seu accusator in judicio dicitur colludere cum reo convento, vel accusato, si ejus partes adjuvet, celando, vel dissimulando veras probationes, & falsas defensiones, seu exceptiones admittendo, vel ab accusatione omnino desistendo, ut reus absolvatur, & pœnam ipsi infligendam evitet, ac judicium publicum reddatur illud forum, Hostiens. c. l. Potest autem collusio fieri, & committi in causis civilibus, & criminalibus, & tam spiritualibus, & Ecclesiasticis, quàm in temporalibus, & profanis; & non solum per partes principales, actorem, & reum, eosque Clericos, vel Laicos, sed etiam per Advocatos, & Procuratores, Hostiens. in Summa h. t. n. 1. & 2.

**II.** Quæritur secundò, quid faciendum sit Judici, si actor, vel accusator, & reus in judicio inter se colludent? Resp. In primis quando accusator desistit ab accusatione, potest Judex, imò debet ex officio inquirere, an per collusionem destiterit, nec nò? prout sumitur ex c. Scripta 1. h. t. Nam cum quidam accusassent Hadrianum Episcopum, postea cum eodem in amicitiam convenerunt, desistendo ab accusatione: significatum hoc fuit Papæ Gregorio I. quòd per collusionem à lite destiterint: Is rescriptis, quòd qualitas facinoris nuntiati ipsi inducit, ut talia dissimulare non debeat: præsertim cum accusatores, & accusatus gratiam inter se fecisse dicantur, recedendo à lite: idèque mandat diligenter inquire, utrum per gratiam, & ex charitate, an verò ex præmio eorum concordia sit comparata? Ratio diversitatis est, quia si ex charitate accusatores destiterunt, potest id tolerari, ut quia v. g. in hoc casu Episcopus accusatus se corripuit, Hostiens. hic V. Ex charitate, non autem si ex præmio, quia v. g. accusatores per pecuniam corrupti sunt, ut destiterint, Gl. fin. hic & Hostiens. in fine. Ex quo colligitur etiam, quòd plures accusatores, seu

Tomus V.

denunciatores admitti possunt contra unum & eundem, super eodem crimine, Gl. hic V. Quòd hi, & Abb. n. 2. An autem, & quando desistere possit, vel non, accusator ab accusando, dictum est supra hoc libro tit. 1. n. 19. & seqq.

**III.** Secundò crimina semel audita non debent manere indiscussa, etiam si accusatus cum accusatore in gratiam redierit, prout rescriptis Gregorius II. vel fortè III. juxta Gl. hic V. Gregorius. Id quod dupliciter intelligi potest, prout exponit Hostiens. hic primò, quòd Judex crimina semel audita, id est, probata, non debet relinquere indiscussa, id est, impunita, sed debet procedere ad punitionem, etiam si accusatus cum accusatore (vel denunciatus cum denunciatore) in gratiam redierit, desistendo ab accusatione, quia crimina undecunque claruerint, sive qualitercunque de ijs constiterit, puniendi sunt, c. Ecce 18. caus. 24. q. 3. c. Si quid verò 23. dist. 86. c. Si quem 8. §. Notandum caus. 2. q. 3. Gl. fin. hic.

Altera expositio hujus cap. est, ut intelligatur propriè, quando accusator desistit, sive recedit à lite, ante probata delicta, tunc enim potest Judex ex officio inquirere, & procedere, etiam si accusatus cum accusatore in gratiam, seu concordiam redierit, saltem si accusatus de crimine fuerit infamatus, Hostiens. hic. unde regulariter de Jure Canonico recessus à lite per gratiam, vel transactionem, non impedit, quominus Judex ex officio ad inquisitionem procedere possit, Abb. hic not. 1.

**IV.** Tertiò, si reus absolutus sit per collusionem à criminibus, de quibus fuit accusatus, vel denunciatus, potest, ubi de hoc constiterit, de novo accusari, & contra illum inquire, prout decernitur in c. Intantum 4. & ult. h. t. Nam Archiepiscopus Archerontinus in tantum fuerat diffamatus de Simonia, & alijs criminibus, ut sine scandalo, & periculo non potuerit ampliùs dissimulari. Quare Papa Gregorius IX. multorum clamoribus excitatus, inquisitionem eorum criminum certis Judicibus commisit: sed propter tergiversationes ipsius Archiepiscopi (id est, versutias, sive calliditates, quibus induxit Inquisitores, ut ab inquisitione destiterent, Gl. hic V. Tergiversationes.) eodem cum Inquisitoribus, & examinadoribus colludente, nec non ipsidem, ac testibus corruptis, factum est, ut

S f

non